

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Rector Et Concilium Academiae Buetzouiensis Ciibus Sollemnia Memoriae  
Christi Nati Pie Recolendae Consecrata Indicunt : Praemittitur Commentatio De  
Filii Dei Incarnatione**

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, 1769

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1833101537>

Druck    Freier  Zugang





**ZB** ME

0 ug. 1999

entsäuert

916.6 3471 <sup>a</sup>



Landesbibliothek  
Mecklenburg-Vorpommern  
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1833101537/phys\\_0002](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1833101537/phys_0002)

**DFG**

Mecklenburgische  
Landesbibliothek  
Schwerin



Landesbibliothek  
Mecklenburg-Vorpommern  
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1833101537/phys\\_0004](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1833101537/phys_0004)

DFG

RECTOR ET CONCILIU  
M ACADEMIAE BUETZOUIENSIS

CIUIBUS

SOLLEMNIA MEMORIAE  
CHRISTI NATI

PIE RECOLENDAE CONSECRATA

INDICUNT.

PRAEMITTITUR COMMENTATIO

DE

FILII DEI INCARNATIONE.



[Fam. Mauritii]

2 Exempl. zu MKL h 3471

B U E T Z O V I I

TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.  
ET ACADEM. TYPOGR. CICICCLXIX.

1769

CHRISTIANA MONTANA  
CHRISTIANA MONTANA  
CHRISTIANA MONTANA  
CHRISTIANA MONTANA  
CHRISTIANA MONTANA  
CHRISTIANA MONTANA

Mal. K 3471 a




COMMENTATIO  
DE  
INCARNATIONE FILII DEI.

§. I.

**R**edeunt nobis, ita concedente DEI benignitate, festi illi dies & sacri, quibus tota ciuitas christiana faustissimi illius euentus recordatur, quem ipsi angeli de cœlo sollemniter nobis gratulantes annuntiarunt ; quem stella diuinitus ordinata regionibus sub oriente sole ominis instar patefacere debuit ; quem, quum innotesceret, omnes tum temporis solarium Israëlis & vniuersi generis humani in lacrimabiles miserias delapsi expectantes summis gaudiis exceperunt ; euentus, inquam, qui ex benignissimo DEI O. M. consilio cunctis mor-

a 2

tali-



talibus in summam atque aeternam salutem destinatus est; de quo igitur publicae laetitiae & congratulationes per vniuersum orbem personare debeant.

Nempe miraculum illud memoria repetendum est, quo summa DEI philanthropia illuxit, quo virgo illa humilis quidem, at apud DEVVM prae ceteris gratiosa filium peperit, quem ex Spiritu S. concepit, filium a DEO nobis omnibus datum, filium, qui simul est DEVS fortis, pater seculorum, & quod laetissimum est, princeps pacis, seruator totius generis humani. Quum igitur vniuersa ecclesia in his feriis, ex more antiquo & ad omnes commendabili, tale aliquid, quod sane nunquam obliuio aliqua obscurare debeat, memoria recolat, & publice ac sollenniter praedicet; ideo nec nostra academia tacere fas esse duxit, sed ex laudabili & iam olim recepto more ac instituto, *Rector & Senatus Academicius VOBIS CIUES NOBILISSIMI & CARISSIMI*, hac publica scriptione materiam suppeditat, quae *Vestris* meditacionibus DEO & CHRISTO sacris inferuire possit. Quod quum huic commentationi propositum sit, non ex ingenti argumentorum ab eruditis tractandorum faragine primum quoduis arripiemus, quod, quamvis alias vtile, tamen a consilio, cui hae feriae destinatae sunt, alienum & seiunctum sit: sed ipsam illam rem, quae angelorum hominumque laudationibus, vti semper, ita nunc in primis, tanquam materia subiecta esse debet, nempe quod *Christus* natus sit, ad meditandum *Vobis* proponemus. Sed, quoniam ex historiis euangelicis discimus, illum eximium *Mariae filium* non vul-


garem

\* \* \*

garem hominem, imo non modo hominem sine exemplo, sed simul *filium DEI*, & *DEVM ipsum esse*, adeoque *Logon, filium DEI, carnem esse factum*; ideo mirabile nostrae commentationis argumentum erit *incarnationis Λόγου*, seu *filii DEI*. Erit quidem haec disputatio, quoniam *Vobis*, qui ad eruditam cognitionem adspicatis, destinata est, ad hoc *Vestrum* propositum aliquatenus accommodata; sed tamen ex animo optamus & precamur, ut *Deus*, qui *Vobis* filium suum in aeternum solatium concescit, non permittat, ut haec *Vobis* suppeditata meditatio modo *symbolica* & mortua maneat, intellectum modo occupet abstractionibus subtleriter excogitatis, sed ut animum quoque *Vestrum* afficiat, & salutaribus hacque materia dignis commotinibus, admiratione, solatio, gaudio, laudibus gratusque DEO habendis agendisque & firmissimo proposito vitam, quae tanto DEI beneficio digna sit, in posterum viuendi, replete.

§. 2.

Est quidem haec, de qua iam differemus, *incarnationis filii DEI*, vti in ipsis litteris sacris appellatur, *mysterium* indubitanter & ex omnium, qui rem ex vero aestimant, confessione *magnum* ac stupendum. Sed hoc non eam habet vim, ut plane nihil de ea re intelligere possimus, adeoque omnem illius meditationem desperabundi abiicere debeamus. Nam, si hoc valeret, ad quid haec doctrina a sapientissimo numine reuelata esset? Licet igitur & fas est, hanc doctrinam scrutari,



tari, oracula diuina, quae eam continent, hic ibi dispersim in scriptura sacra proposita congerere, conferre inuicem, intelligentiae vim, quam Deus nobis concessit, ad id adhibere, vt effata diuina recte interpretemur, & congestis praedicatis notionem aliquam distinctam huius tantae rei nobis informemus, determinationes, quas collatio plurium enunciationum diuinorum secum fert, obseruemus & teneamus, conceptus erroneous separemus, veram notionem contra opinionum falsarum temeritatem defendamus: sed comprehendere tantam rem mente nostra tam angusta, τὸ πῶς, internam possibilitatem, fiendi modum prorsus perspicere & explicare nunquam in his terris sustinebimus. Quare nec illud conabimur, quod ausi sunt nonnulli, praesertim ex recentioribus *theologis* philosophantibus, vt *a priori*, quomodo vocant, hoc mysterium demonstremus, & cum DEO quasi consilium nostrum communicemus, qua ratione persona illa, quae seruator humani generis esse possit, constituenda & componenda sit. Sed sufficiet nobis sensum illorum dictorum, quibus *Deus* nobis hoc mysterium reuelare voluit, ita inuenire, vt de veritate interpretationis certi simus, atque hinc veritatem rei ob testimonii diuini fidem omni exceptione maiorem, deriuare: & contenti erimus, si sanae rationis luce id modo perspiciamus, nihil esse in hac nostra doctrina, quod homo sanus absurditatis arguere poscit, quod ministerium *Deus* rationi humanae, si sana esse velit, in eiusmodi rebus adhuc concessit. Sed, quum theologi fere ab

ab initio, ex quo hoc mysterium revelatum fuit, vsque ad haec nostra tempora in illo explicando & ab erro-neis conceptibus repurgando philosophiae alicuius adiu-mento vñ sint, modo *orientalis* & *cabbalisticae*, modo *platonicae*, modo *aristotelicae*, modo *recentioris* cuius-dam, & hac re in primis effectum sit, vt haec doctrina de incarnatione filii *Dei* magis, quam vlla fere alia, quae ad *theologiae* ambitum pertinet, *abstractionibus* sub-tilissime excogitatis, & *terminologia*, quae peculiarem aliquam theologorum dialectum peperit, onerata, im-pedita multis atque obscura euaserit, vt in publicas & acerbas querelas res eruperit: hoc consilium cepimus, vt quid de istis *abstractionibus* & *terminologia* iudi-candum, quodue pretium illis statuendum existimemus, alio tempore opportuno fusius differeremus, nunc au-tem id ageremus, vt, quomodo haec doctrina sine molesta sedulitate eruditionis & philosophiae in auxili-um vocatae, facili & simplici perspicuitate & tamen sine detimento veritatis aut certitudinis tradi possit, formam aliquam proponere tentaremus. Quo in ne-gotio haec nobis pracepta praescripsimus, vt, quasi nunquam aliiquid de forma huius doctrinae in scholis theologorum audiuissemus, ab omni Systematis alicuius seruitio liberi, nulla praeorconcepta opinione imbuti, integri ac recentes ad ipsum fontem huius doctrinae, oracula diuina in bibliis proposita, accederemus, & quales sententiae legitima interpretatione, & cauta fir-maque ratiocinatione inde deriuari possint, probe per-penderemus. **Qua in re ita versabimur, vt primum omni-**

\* \* \*

omnium axiomata quaedam biblica, quae huic doctrinae tanquam fundamenta substernantur, exquiramus; deinde autem ex his tum inter se, tum, cum aliis iam certis sententiis collatis theorematum biblica deducamus; omnes autem enunciationes eo ordine collocemus, quo aliae ex aliis explicari demonstrarique facillime possint. Quum autem probe nouerimus, quam facilis sit lapsus in doctrina tam ardua, tam supra omnem comprehensionem humanae mentis posita; non audemus gradum proferre, nisi antea *Deum*, qui tantum miraculum in nostram salutem perpetrauit, demississimis intensissimisque precibus exorauerimus, ut nobis lucem Spiritus sui, cuius officium est Christum inter homines illustrare, benignissime nobis largiatur, ne tenebrae perniciosaे mentem nostram obnubilent, neque in errores labamur saluti nostrae inimicos. Freti fiducia in liberalissimis Dei promissionibus collocata, quod nolit eiusmodi precibus deesse; audemus iam ad rem propositam progredi.

§. 3.

Fuisse quondam *Iesum Nazarenum*, qui temporibus *Augusti & Tiberii* imperatorum romanorum, regisque *Herodis* & huius filiorum inter homines ut homo versatus fit, quem afflclae ipsius etiam *Christum* appellant, ut auctorem nouae religionis, ut seruatorem hominum, imo ut filium Dei ipsumque Deum venerentur: id nemo neque ex *Ethnicis*, qui illis temporibus propiores fuerunt, atque aliquam rerum in *Judaea* gestarum noti-


notitiam habuerunt, neque ex *Judeis*, neque ex *Mubamedanis*, neque ex *vlla haeresi Christianorum* negauit vnuquam, si a nonnullis ex familia *Quakerorum* discesseris, qui hac in re magis adhuc, quam *Gnostici* illi veteres, *spirituales* videri voluerunt, vt negarent, quae de *Iesu* narrantur in *Evangelii* vnuquam vere gesta esse, sed *fabulae & allegoriae morali* loco haberent, quae exemplo ficti alicuius *Iesu* docere nos debeat, qualis vita nobis agenda sit, si *Deo* placere velimus: quos hoc loco refutare alienum foret. Sed in tanto consensu, Iesum in his terris fuisse, maximus de eo dissensus est, quis Jesus fuerit. Jam istos, qui a religione *christiana* abhorrent, licet Iesum in terris fuisse non negent, longe tamen aliter de *Iesu* sensisse, hodieque sentire, ac *Christiani*, id nemini mirum videbitur. Quod autem illi, qui *Christi* religionem sequi prae se ferunt, sententiis suis de *Iesu* adeo discrepant, id mirum videri posset, quum *bibliis* nostris, quae de *Christo* testantur, magna perspicuitas iure meritoque tribuatur, nisi cogitauerimus, tum imbecillitatem hominum, tum malitiam, tum praeconceptas notiones & opiniones, quas ad lectionem *bibliorum* afferunt, non posse non disfidia parere & sententiarum diuertia. Quod, quum in aliis de *Christo* doctrinis acciderit, minus adhuc mirum est, id in doctrina de *Christi* persona adeoque etiam de illius incarnatione, cuius explicatio tota ab illa pendet, ita evenisse, quum haec ex omnium confessione prae ceteris haud paulo sit impeditior. Illi libri, qui a nobis sacri habentur, quod reuelationem diuinam contineant, in-

b


primis

A 64-18494

Mecklenburgische  
Landesbibliothek  
Schwerin pc




primis isti, qui *nouum testamentum*, vt dicitur, consti-  
tuunt, *Jesum a Maria natum* referunt, hominem appell-  
ant, & vt hominem describunt, simul autem illum  
eundem *Jesum filium Dei & Deum* appellant, & vt De-  
um describunt, atque sic pronunciant *Logon, filium Dei,*  
*carnem esse factum*, qui idem sit *Jesus*. Hinc nostri *ev-*  
*erolav de filii Dei incarnatione* concipiunt, & statuunt, fili-  
um Dei, qui Patri vnico vero Deo *homousios* adeo-  
que per essentiam verus *Deus* sit, humanam naturam  
ex Maria ita sibi copulasse, vt in vnica sua persona  
duas naturas habeat & diuinam & humanam. Jam ve-  
ro extiterunt alii, qui *tum de natura diuina Christi, tum*  
*de humana, tum de vtriusque naturae coniunctione*  
plane aliter ac nos sentirent, adeoque etiam incarna-  
tionem filii Dei aut negarent, aut longe aliter ac nos  
sibi eandem fingerent. Nunc, quid scriptura sacra,  
si rite explicetur, nobis hac de re tradat, videbimus.  
Supponimus autem authentiam & diuinam originem  
librorum S. S. quos canonicos vocamus, & partium,  
quibus constant; neque iam in arenam descendemus  
cum *Gnosticis* illis, qui, vt suas opiniones cabbalisticis  
illis similes de *Christo & Jesu* eo melius defendere pos-  
sent, plurimos libros sacri codicis, & in primis etiam  
illas pericopas, quae historiam de *Jesu* conceptione &  
natuitate continent, reiecerunt; neque cum aliis, qui  
aut ex simili consilio, aut aliud quid sequuti lectionis  
ingenuitatem in istis locis, qui a nostris vt sedes hu-  
ius doctrinae spectantur, impugnarunt aut dubiam  
reddere sustinuerunt, certamen inibimus, quod longi-  
us



us nos a proposito esset abducaturum. Nostrum enim consilium nunc eo saltim dirigitur, vt, si nobis concedatur, eos libros eosque illorum locos, quos pro genuinis nos quidem habemus, gaudere sua authentia, quid tum, quum ista Scripturae sacrae effata recte explicentur, de incarnatione filii Dei statuendum sit, expponamus. Quod quidem hoc ordine facturi sumus, vt *primum* quid nomine *λόγος*, qui caro factus esse dicitur, veniat, & quo significatu ille *filius Dei*, & *Deus* appelletur, explicemus; nam prout notio de hoc filio Dei informatur, ita etiam notio de natura Christi humana, eius ortu, & qualitatibus, quibus reliquis hominibus aut similis aut dissimilis sit, variare debet, quod ex sequentibus magis patebit: illud igitur *primum* sit. *Deinde* inuestigabimus, num Jesus verus homo sit, vereque natus, an vero secundum phantasticum modo vt talis apparuerit. *Tum* inquiremus, quomodo, seu quo significatu, Christus vtrumque sit, & Deus & homo; quomodo igitur tota persona Christi constituta sit. *Porro* videbimus, quid inde in humanam Christi naturam redundet, si haec cum diuina in vnam personam coaluerit. *Tandem* indagabimus, num Jesus statim a conceptione in Maria vtrumque fuerit, & Deus & homo, vt igitur dici poscit & debeat, filium Dei esse incarnatum, quam *primum* caro filii Mariae existere cœperit, adeoque etiam Mariam Deiparam vocare liceat.

#### §. 4.

*Idem* ille, quem virgo Maria concepit, atque in lucem  
b 2



lucem edidit, qui igitur *filius Mariae* dicendus est, variis praeterea nominibus in S. Scriptura appellatur; mox iis, quae consilium diuinum, quod ille exequi debuit, respiciunt, cuiusmodi sunt *Iesus*, *Christus*, seu *Messias*, *Seruator*; mox iis, quibus ut homo describitur, ut *filius hominis*, *filius Dauidis*, *semen Abrahae*, *Adam secundus*; mox respectu relationis cuiusdam ad Deum, tanquam ipsius patrem, *filius Dei*, isque *vnigenitus*: praeterea eidem insigne nomen Αόγια a Johanne peculariter tribuitur, de cuius significatione postea dicendum erit; de aliis nominibus iam tacemus, quae omnia ad vnam earum classium, quas indicauimus, referri possunt. Jam si colliguntur praedicata, quae de hac eadem persona tam diuersis nominibus designata enunciantur in sacris litteris, coit ex istis praedicatis quae-dam notio complexa de hac persona eiusque interna indole adeo mirabilis, ut, quoniam nihil simile in to-ta rerum natura deprehenditur, imo tam diuersa praedicata in vnam notionem vnius eiusdemque personae coire non posse videntur, magnus dissensus inter homines ortus sit, qualis notio de persona Christi infor-manda esset. Videbimus igitur a qua parte stet veri-tas, & primo quidem inquiremus ex ordine, quem so-praecedente constituimus, quid illud sit, quod *Iesus*, licet *Maria ipsum pepererit*, tamen *filius Dei* mox simpli-citer, mox cum adjunctione, *vnigenitus*, vocetur.

1. Angelus Gabriel, qui a Deo missus est ad virgi-nem Mariam, ut huic praenuntiaret, ipsam miraculo-se concepturam & parturam esse filium, cui nomen Jesu-impo-

imponendum sit, simul pronuntiat, Luc. 1, 32. hunc Jesum *filium summi* vocatum iri, atque id quidem ideo, quod secundum v. 35. Spiritus S. superuenturus sit Mariae, & virtus seu potentia summi eam obumbratura. Hinc opinari quis poscit cum Socinianis, quibus haec species imposuit, hanc esse praecipuam causam, quare Jesus filius Dei sit & vocetur, quoniam ipse ut homo miraculose a Deo productus sit & creatus.

2. Sed haec notio speciosa euaneat, quum in pluribus locis S. S. e. g. Joh. 3, 16. reperimus, hunc eundem Jesum *vnigenitum* vocari Dei filium. Nam, licet Sociniani hanc modo huius adiuncti vim esse velint, ut significet, Jesum, quamuis in eo, quod filius *Dei* sit, plures habeat consortes, tamen a *Deo* patre suo *vnice*, id est, praे reliquis amari, & eximiis quibusdam *prærogatiis*, ad quas tamen communicatio essentiae diuinæ non pertineat, exornatum esse: quilibet tamen integer nec partium studiosus fateri debet, 1) hanc dictionem, *filius vnigenitus*, nullibi in eo significatu, quem Sociniani fingunt, occurrere, neque ex locis Prou. 4, 3. Ebr. 11, 17. effici posse, adeoque contra usum loquendi ita explicari; 2) proprium significatum illius dictionis a cauto interprete tamdiu retinendum esse, quamdiu nulla necesitas ab ea recedere nos cogat. Ex his sequitur *primum*, Jesum non eo significatu filium Dei a *Deo* genitum vocari posse, quod a *Deo* miraculose productus aut creatus sit, nam sic non esset *vnigenitus*; *deinde*, quoniam *gignere* proprio significatu *is dicatur*, qui causa est, cur alias quis eiusdem naturae



rae atque essentiae peculiariter subsistat, hanc notionem, *quod filius unigenitus Dei is sit*, cui Deus pater sumam essentiam & naturam diuinam eo modo communicauerit, quo nulli alii, haud prius abiiciendam esse, quam aut scripture s. aut ratio sana falsitatem eius notionis luculenter ostenderit.

3. Jam vero, si alia oracula Scripturae sacrae de hoc Dei filio conferamus, reperiemus in illis eundem tum Deum Joh. 1, 1. Deum verum 1 Joh. 5, 20. Deum super omnia Rom. 9, 5. imo Jehouam Jerem. 23, 6. coll. v. 5. appellari, quod postremum nomen nunquam Deo falso aut modo nuncupatio in S. S. tribuitur, neque tribui licet Jes. 42, 8. quia per ipsam significationem neminem alium designare potest, nisi eum, qui potest dicere, *Ego ero*, qui igitur est independens; *tum iis* praedicatis describi, quae talem definitionem Dei per essentiam veri constituant, ex qua ipsa philosophia sana omnia reliqua attributa Dei perfectissima apodictice demonstrare valet, siquidem hic filius Dei primus & ultimus Apoc. 1, 11. cf. v. 13. 17. 18. adeoque ens a se, independens, & Hebr. 1, 10. cf. v. 8. is dicitur, qui vniuersuin & creauit, & conseruat v. 3. *tum* de eodem asseuerari, ipsum & Patrem esse vnum, Joh. 10, 30. in eo contextu, vbi Iesus ita concludit, quia ego & Pater vnum sumus, e Patris autem manu nemo oues meas eripere valet, idcirco nec ex meis manibus eas eripere quisquam poterit; *item* qui filium, Christum, viderit, eum & ipsius Patrem Deum vidisse, filium enim esse in Patre, & Patrem in filio; Joh. 14, 9. 10.

9. 10. item filium omnia, quae Pater habeat, ipsum quoque habere, & quidem in hoc eminenti significatu, vt inde sequatur, spiritum sanctum, diuinam personam, qui a Deo patre, a quo procedat & mittatur, accipiat quocunque annunciet hominibus, hoc idem etiam accipere a filio; Ioh. 16, 14. 15. quibus praedicatis summa aequalitas filii cum Patre summo Deo adstruitur. Sufficiant haec, nolumus enim reliqua argumenta naturalis & essentialis diuinitatis filii Dei ex attributis, operibus, cultu ipsi praefmando, persequi, quoniam consilium nostrum id non requirit, scriptoris breuitas autem non permittit. Hoc igitur certum sit, illum, qui *filius Dei* in S. S. vocatur, simul in eadem describi ut *Deum per essentiam verum*, summum, independentem; creatorem vniuersi.

4. Iam porro nemo sanus opinari potest, illud quod e *Maria* natum sit, esse forsan figuram modo aliquam visibilem, per quam *Deus* summus hominibus apparere voluerit, ideoque illud ipsum e *Maria* natum describi ut *Deum* summum, quod hic per illud locutus operatusque sit. Nam, vt ne perturbato ordine precipiamus, quod postea suo loco docebitur, id, quod e *Maria* natum narratur, verum esse hominem, iam modo regerimus, si illud species duntaxat humana fuisset, absonum foret, quod haec filius *Dei* vocetur, & adhuc multo absurdius, quod ista figura non modo peculiariter de se loquens inducatur, *Deum* esse ipsius patrem, a quo missa sit, sed etiam cum patre, *Deo* summo, colloquens; vt alias phrases iam taceamus, quibus filius

*Dei*



*Dei* vt substantia intelligens a patre diuersa describitur.  
 5. Neque illud cuiquam in mentem venire debet, esse quidem illum *filium Mariae* substantiam intelligentem & verum hominem, sed eandem ob causam, quod *Deus* per illum locutus operatusque sit, describi vt *Dei filium*, imo vt *Deum ipsum*. Nam nullibi in tota S. S. legatus aliquis *Dei*, vt *Dei filius*, imo vt *Deus ipse* describitur, praeter hunc *filium Mariae*, & disertis verbis hoc ipso nomine filii Dei ab omnibus prophetis & angelis distinguitur eisque praeferatur. Ebr. 1, 1. 5. neque per omnem usum loquendi licet, vt legatus alicuius regis ipse rex vocetur, & tanquam ipse rex describatur, quamquam regis personam gerere, & vices illius administrare dici possit. Nam, quod aliquis in V. T. qui *angelus Domini* nonnunquam vocatur, vt ipse *Jehoua* describitur, id sine petitione principii ad angelum creatum referri non licet, quum ex iis, quae paulo post dicentur, apparere possit, istum angelum esse illum ipsum *filium Dei*, qui iusto tempore etiam *filius Mariae* fieri voluerit.

6. Maneat igitur, quod ex ipsis omnibus, quae iam dicta sunt, necessario sequitur, *filium Dei* esse aliquod ens intelligens, quod, licet a *Deo* ipsius patre aliquo modo diuersum sit, tamen eandem naturam diuinam habeat, quam pater, & quidem numerice eandem, quoniam essentia diuina non nisi unica esse possit.

### §. 5.

Iam vero, qui haec sola, quae so praecedenti dicta sunt, cogitauerit, posset ita ratiocinari. *Filius Mariae* est

est simul *filius Dei*, & quidem in hoc eminenti significa-  
tu, vt cum *Deo Patre* eandem essentiam diuinam habe-  
at communem. Atqui, si *Deus filio Mariae*, postquam  
ortum ex *Maria* traxisset, suam essentiam diuinam com-  
municauerit, vt iam & *Deus & homo* esset; *filius Mariae* ex  
eo tempore *filius Dei* dicendus erit. Itaque tum demum  
persona aliqua existere cœpit, quae vere esset *filius Dei* uni-  
genitus. Sed sunt alia S. S. effata, quae hanc opinionem  
non admittunt, quare ista nunc a nobis consideranda sunt.  
Hac vero in causa illa dicta non vrgebimus, quibus  
*Jesus filius Mariae* idemque *Dei filius* iam ante *Abrahamum*  
imo ab aeterno extitisse dicitur: hoc enim de natura ipsi-  
us diuina valere posset, etiamsi vt *filius Dei* a *Patre* diuer-  
sus demum in *Maria* existere cœpisset secundum expli-  
cationem paulo ante allatam. Ergo inquirendum est,  
num hic *filius Dei*, vt *filius*, vt a *patre diuersus*, iam an-  
te ortum humanae naturae in *Maria* praeexistiterit. Vt  
breuisimi simus, nolumus iam immorari istis dictis,  
tum veteris testamenti, quibus persona aliqua diuina a  
*Deo Patre* diuersa innuitur, cui saepe res fuerit cum ho-  
minibus, in primis Abrahamo, Israële huiusque poste-  
ris, & quae vt *Messias* ab ipsis *Judeis*, qui ante & circa  
tempus *Jesu* in terra versantis vixerunt, agnita est;  
tum N. Testamenti, quibus non modo *Paulus 1 Cor. 10,*  
*4. 9. Christum*, adeoque *filium Dei*, vt a *Patre* diuersum,  
summum ducem *Israëitarum* fuisse pronunciat, sed  
etiam *Jesus ipse* a *Patre* egressum se esse, in mundum  
venisse, iterumque ad *Patrem* reuersurum *Joh. 16, 28.*  
asseuerat: sed statim ad illustrem illum locum *Joh. 1,*



1-14. coll. Ioh. 17, 5. qui rem totam confidere poterit, considerandum progredimur. *Johannes* docet c. 1, 14.  $\Delta\gamma\sigma\nu$  carnem esse factum, eundem esse filium Dei unigenitum, qui non alias sit ac *Iesus* (cf. c. 3, 16. & plura alia loca) sed hunc  $\Delta\gamma\sigma\nu$  fuisse iam in initio apud *Deum* v. i. ante mundum conditum, quippe qui totus per ipsum creatus sit, immo *Deum* esse hunc  $\Delta\gamma\sigma\nu$ . *Iesus* autem ipse consentiens huic effato *Johannis*, Patrem suum, *Deum*, Ioh. 17, 5. his precibus compellat, *Pater*, illustra me gloria, qua frutus sum apud te, ante quam mundus exitit. Incredibile est, quam misere se torserint homines erudit in explicando hoc loco & in formanda ex eo notione  $\tilde{\tau}\tilde{\nu}$   $\Delta\gamma\sigma\nu$ s. Tacemus iam *Ebionaeos*, & *Nazarenos*, qui quidem ex V. Testamento & Chaldaicis Paraphrasibus de *Christo*, qui Deus sit, & Memra s. Verbum *Jehouae* vocetur, notitiam habuerunt, sed tamen illum *Christum diuinum & coelestem* ab homine *Iesu Messia terreno* ita segregarunt, vt hunc ab illo aliquamdiu inhabitatum modo fuisse dicerent; *Evangelium Johannis* autem reiecerunt; quorum de doctrina Collegae nostri S. V. D. *Doederleinii Commentatio de Ebionaeis*, non sine insigni fructu legi potest. *Gnostici* autem mira de hoc *Logo* somniarunt, siue isti primam aliquam notionem ex hoc dicto *Johannis*, siue ex paraphrasibus Chaldaicis & ex *Philone* hauserint, eamque cum *Platonis* commentis de *Logo* aliquo coniunixerint. Quoniam semel fingendi libido illos incesserat, vt imaginarentur, *Deum* summum ex se aut solum, aut, vti aliqui addebant, cum vxore aliqua diuina procreasse aut generasse plures

res *Aeonias*, seu naturas spirituales, cœlestes & aliquatenus diuinæ, mares & feminas; in quorum numero & ordine, quo mediate & successiue alii ex aliis generati fuerint, admodum variabant: *Αόγον* in numerum eiusmodi *Aeonum* retulerunt. Huic secundum a *Deo* summo locum alii tribuebant, alii tertium. Item alii *Αόγον* & *Christum* pro vno eodemque habebant; alii pro diuersis; alii addebant his duobus *Jesum coelestem*, *Aeona*, qui a *terrestri* adhuc diuersus fuerit. Ab his seiungebant autem *Demiurgum*, qui creator mundi materialis & adhuc inferior non modo summo *Deo*, sed ipso etiam *Logo*, & *Christo* esset. Ita plane alia notio *Αόγου* efficta est; de qua Johannes nihil cogitauerat. Rursus alii extiterunt a *Gnosticis* diuersi, qui hunc *Αόγον* & *filiū Dei* nominetenus a *Patre Deo* diuersum opinabantur; *Patrem enim*, quatenus per *filium Mariæ* operatus esset, *Deum filium* vocari: quare hi *Patrīpassiani* nominabantur. Alii his aliquantum similes *Logon* non pro semper peculiariter subsistente & a *Patre* diuersa persona haberunt, opinati illum esse *rationem in Deo*; sed quando Deus velit quasi *extendere se & dilatare*, id est, vti forsan explicandum, vim suam nouo aliquo modo prodere; tunc *Αόγον* illum, qui antea *έρδιαθετος* modo in *Deo* fuisset, extra *Deum* quasi subsistere; quem autem Deus post finitam operationem iterum in se recipiat. Id dicebant factum esse *primum*, quum Deus mundum considerit, postea *iterum*, quum hic *Αόγος* homini *Jesu* additus fuisset ad *exequendum* in *terrī Dei* consilium, quo perfecto, *Αόγον* istum *Jesu* exemptum a *Deo*, qui se

c 2

post



post dilatationem istam iterum quasi coarctauerit, in se esse reductum, vt *ενδιαθετος* modo iterum esset. Hae fere fuerant nugae *Sabellii & Pauli Samosateni*. *Alii* ab his in eo quidem haud diuersi, quod *λόγον* pro peculiari persona diuina a *Patre* distincta non habuerunt, non eundem tamen *τροπον παιδειας* sequuti, *λόγον* illum tantummodo vim aliquam diuinam opinabantur, quae *Iesu* homini addita fuisse; qua in opinione *Theodotiani, Artemonitae, & postea Photiniani* congruisse videntur. *Alii*, qui in doctoribus ecclesiae *orthodoxae & catholicae* alias censeri solent, & qui ante tempora *Arianae* haereseos vixerunt, *Logon* vt personam diuinam agnouerunt, sed tam incaute de eo differuerunt, vt inferiorem quandam diuinitatem ipsi tribuisse viderentur, vt *Justinus Martyr, Origenes, aliique*. Crassius quam isti tandem *Arius* eiusque affeciae genuini, (vt iam de *Semirianis* nihil dicamus) *Logon* mentem esse contenderunt, quae quidem ante hoc vniuersum exstiterit, sed creata tamen ex nihilo fit, neque eandem essentiam diuinam, quam *Pater* summus Deus, habeat, *Patri* non *homousios*, sed tamen omnibus reliquis rebus creatis longe superior sit, imo *μετωχη εθεονοιδη*. Quibus contradicens *ecclesia catholica* hanc doctrinam firmauit, *Logon* esse personam a *Deo Patre* ab aeterno ex ipsius essentia genitam, adeoque a *Patre* diuersam quidem, sed tamen numerice eiusdem essentiae diuinae participem, quam *Pater* habeat, s. *Patri homousion*. Quae doctrina, quum in variis certaminibus superior ducassem, & diu omnis discep-tatio contra illam conticuisse; recentiore aetate ite-rum

\* \* \*

rum a nouis *Sabellianis*, *Photinianis*, *Arianis*, aliisque qui *Tritheismi* suspicionem mouerunt, impugnari cœpta est. Tandem noua hypothesis a *Paulo Matyo* eruditorum exāmini proposita est, quae aliquibus aliis, in primis etiam *Watso* placuit, & hac opinione absoluuntur, *Logon* esse quidem mentem s. naturam intelligentem a *Deo* ante mundum conditum creatam, quaeque destinata fuerit, ut suo tempore cum corpore humano ex *Maria* formando copularetur, adeoque homo verus euaderet, sed eandem mentem iam ante initium mundi cum ipsa infinita & vnica essentia diuina a *Patre* ita fuisse copulatam, ut ea simul & mens circumscripta, & *Deus Paterque homousios* esset.

Jam, ut promissis stemus supra receptis sine omni partium studio, nullam hominum auctoritatem sequuturi pronuntiabimus, non quod nobis videatur, sed quod ipsa Scriptura S. euidenter edicat credendum. *Logos* est 1) *mens*, natura s. ens intelligens; nam per illum *Deus Pater* mundum creauit, quod sine sapientia fieri non potest Joh. I, 3. idemque nouit *Patrem Deum*, sicuti nemo *Deum* nouit v. 18. Matth. II, 27. 2) *mens singularis*, ab omnibus aliis rebus & naturis intelligentibus diuersa, quod per se patet; iam audemus ex vulgari vsu loquendi sine philosophica subtilitate *Logon personam* vocare, ita enim vulgo appellatur ens intelligens individuum. 3) *Dei Patris filius unicus*, non habens sui similem, v. 14. a *Patre* genitus ante secula & tempora, quae demum existere cœperunt, quum *Pater* per hunc *Filium*, & hic cum *Patre* mundum, complexum omni-



um rerum creatarum, crearet v. 3. Hebr. I, 10. 4) Ergo a Deo Patre diuersus quidem; est enim ab eo genitus, & est apud eum, v. i. cf. Ioh. 17, 5. 5) sed tamen Deus ipse, non titulotenus, sed est *Creator unius*, v. 3. cf. Hebr. I, 10. *primus & ultimus*, Apoc. I, 17. 18. adeoque *aeternus* (a parte ante & post) *independens*, per *essentiam Deus*, *Deo Patri Homousios*, & quidem, quoniam *essentia diuina tantum unica esse potest*, *numerice eandem essentiam diuinam habet*, quam Pater. Ergo etiam *supra omnes* *creaturas*, vt *Creator ipse*, *infinite elatus*. 6) quoniam *unigenitus est*, *generatio ipsius non potest significare creationem*; iam, quum alias *generare ex communi vsu loquendi idem sit ac in causa esse*, cur aliud *individuum eiusdem naturae existat*; sed paulo ante n. 5. *demonstratum sit*, *filium Dei esse Deo Patri homousion*; audemus *generationem Patris actuam explicare per actum*, quo *numerice eandem essentiam diuinam filio, Logo, communicat*. Haec sunt, quae nobis Scriptura S. reuelauit de persona illa, Λόγος nomine insignita, eiusque qualitate, antequam homo fieret. Iam quid amplius quaerimus, nonne haec ad salutem nostram sufficiunt, quae *Deus patefecit*? Quid vterius rimamur mysteria huius doctrinae, & vltra S. S. sapere conamus; nos homunciones, qui vix ac ne vix quidem sine circulo vito defini possumus, quid sit *existentia*; nos, qui multo minus comprehendere possumus, quomodo quid *creari* poscit, nos audebimus de genitura filii Dei philosophari? Minime hoc in dedecus philosophiae, quam, vt munus Dei, magni aestimamus, sed  
con-

contra illius abusum dictum sit. Id pro certo habemus, nisi homines per omnia secula, quibus religio christiana culta est, modo hac modo illa philosophiae disciplina abusi fuissent in explicandis eiusmodi dogmatibus sacris mysterii plenis, nunquam tot haereses, & tot rixas scandalosas exorituras fuisse. Atque, si vlla spes est tot diuersas sectas christianorum conciliandi, inter adiumenta rei tam exoptabilis hoc erit vnum ex efficacissimis, vt abiesto omni abusu philosophiae in eiusmodi doctrinis theologiae puris, per regulas hermeneuticas sollerter determinatas scripturam s. ipsam quasi interrogemus, quid credendum edicat, & supra ipsam sapere non audeamus.

Notionem tenemus, quam *Johannes* vocabulo *λογε* significare voluit: sed quid sequutus sit hac voce usurpanda fusius disputare iam non vacat; tribus modo verbis fatemur, verisimillimum nobis videri, *Johannem* hac voce lectores voluisse admonere, *Iesum Christum* esse illam personam diuinam, quae in V. Testamento vt angelus *Jehouae*, in quo esset nomen *Jehouae*, descripta fuerit, & ex *chaldaicis paraprasibus* nomine *Memra* in scholis *Judaeorum* appellari increbuerit; simul autem Euangelistam in animo habuisse somniis istis *cabbalisticis & gnosticis* diuina auctoritate contradicere, quae forsitan tempore spargi coepérunt.

### §. 6.

Apparet iam, Iesum non ideo vocari Dei filium, quod tum demum, quum vt filius Mariae existere cœpisset,

pisset, aut etiam postea in personalem cum diuinitate  
 vnyonem receptus sit, sed quoniam sit *λογος* ea huius  
 vocabuli finitione, quae paulo ante demonstrata est.  
 Nunc progredimur ad demonstrandam naturae *Jesu hu-*  
*manae veritatem, originem, & qualitatem;* in qua triplici  
 quaestione breuisimis nobis esse licebit. Ac *primum*  
 quidem *Jesum* verum hominem esse, iam inde constare  
 cuius possit, quoniam *Jesus verus est Messias*, in V. autem  
*Testamento* iam praedictum fuit, *Messiam* fore hominem  
 veri nominis. Dicitur enim *semen mulieris* Gen. 3, 15.  
*semen Abrahae.* Gen. 22, 18. cf. Gal. 3, 16. *semen, germen,*  
*filius Dauidis.* 2 Sam. 7, 12 - 14. 19. 1 Chron. 18, 11 - 14. 17.  
 cf. Luc. 1, 32. Hebr. 1, 5. item Jes. 9, 6. 7. Jer. 23, 5. 6.  
*filius hominis,* Dan. 7, 13. *quem virgo aliqua fit partura.*  
 Jes. 7, 14. Sed luculentius adhuc in *N. Testamento* vera  
*Jesu* humanitas vindicatur. Nam non modo *homo* di-  
 serte appellatur Rom. 5, 15. 19. 1 Tim. 2, 5. 1 Cor. 15, 21.  
 47. *Adam secundus* v. 45. & saepissime *filius hominis*; sed  
 describitur prorsus ut homo; conceptio eius & nativitas  
 narratur Luc. 1, 31. 2, 6. 7. corpus ei tribuitur, cu-  
 iusmodi omnes infantes hominum habeant, carne &  
 sanguine constans, Hebr. 2, 14. quod contrectari potu-  
 erit, cuius praeputium circumcisum fuerit, quod sen-  
 sim adoleuerit, quod cibis potuque nutritum, lassatum,  
 somno sopitum fuerit, quod nec saliuia, lacrimis,  
 sudore caruerit, quod flagellis caesum, cruci affixum,  
 cuius latus hasta apertum, cuius sanguis effusus sit, quod  
 denique mortuum, iterumque suscitatum & adhuc  
 contrectabile fuerit; quae omnia in historiis euangeli-  
 cis

cis facile reperiri possunt; nullibi autem vel leuissima suspicio nudae alicuius *δοκησεως* relinquitur. Illud autem, quod meram *δοκησιν Gnosticis & Docetis* illis persuasit, quod nempe materia origo mali, neque mundus hic materialis a summo *Deo* conditus sit, sed a *Demiurgo* quodam mala in vniuersum inuehente, nos mouere non potest, qui *Deum* summum conditorem mundi materialis veneramur, & resurrectionem corporum mortuorum futuram testimonio *Dei* credimus.

*Animam vero humanam* huic corpori Jesu humano inhabitasse, neque diuinam naturam *λογος* vel omnino animae humanae vices gesisse, vel certe *animae rationalis*, si hanc a vegetatiua illa cum nonnullis veteribus distinguere libuerit, inde facile demonstrari potest, quod *Iesus* sapientiae incrementa cepisse, aliquid ignorasse, *Patris* voluntati suam subiecisse, tristitia affectus esse, &, quum moreretur, spiritum suum *Deo Patri* commendasse dicitur; quae omnia in naturam diuinam non cadunt.

Praeterea si considerare velimus, *Jesum* poenas nostras & mortem nostra vice ad *Deum* nobis reconciliandum perpeti, nobisque in variis temptationibus similem esse debuisse, ut sit misericors Sacerdos; concedemus illum & corpus & animum, cuiusmodi nos, habere debuisse, quod alioquin neque mortem pati, neque tentationes nostras experiundo nosse potuisset. Ex his omnibus veritas & integritas naturae *Christi* humanae cuius patere poterit; neque adeo dictum illud Joh. 1, 14. *λογος caro factus est* ita interpretandum, quasi diuina natura *λογος* solo cum corpore humano se iunxerit.

## §. 7.

Satis de veritate humanae Christi naturae. Sequitur, vt de illius origine pauca quaedam dicamus. Evangelicae historiae nobis tradunt, Mariam virginem sponsatam quidem Josepho, quem vero nondum vt maritum passa fuerit, ab angelo Gabriele, quem Deus misserit, certiorem esse factam, se concepturam & parturam filium, quem Jesum vocaret, qui filius Dei vocandus, & simul vt filius Davidis regnum aeternum accepturus sit. Quum autem hoc incredibile Mariae visum fuerit, quippe per naturam impossibile, angelum ipsi asseuerasse, fore, vt Spiritus S. super ipsam veniat, & potentia Dei illam obumbret; quare etiam sanctum illud ex Maria nascendum filius Dei appellandum sit. Deinde Josephum etiam, quum de grauiditate Mariae certior factus animi penderet, ab angelo admonitum fuisse, ne Mariam desereret, quoniam quod in illa genuitum sit ex Spiritu S. originem trahat.

Ex his sufficiat nobis in praesenti haec pauca deriuasse. 1) per miraculum diuinum accidit, vt infans Jesus in vtero Mariae virginis existere cœpisset; adeoque hoc respectu dici potest Deus aliquid noui creasse. 2) Neque tamen infans Jesus ita a Deo in vtero Mariae est productus, vt Maria non poscit dici vera eius mater; Luc. 1, 43. sed Jesus est fructus uteri Mariae Luc. 1, 42; adeoque etiam in posteris Davidis vt huius filius censetur. Luc. 1, 32. Act. 2, 30. 3) Nomen Spiritus S. cui illud miraculum Luc. 1, 35. tribuitur, secundum usum loquen-

loquendi biblicum tutius refertur explicando ad personam tertiam S. S. Trinitatis, quam ad ipsum <sup>Aoyor</sup>, licet iam ex antiquissimis Patribus ecclesiae nonnulli hanc alteram significationem praetulerint; quod in quibusdam aliis locis vox *Spiritus* diuinam naturam Christi denotare videatur. Illa autem phrasis, *potentia summi te obumbrabit*, potest generatim ita explicari, ut omnipotentiam diuinam eiusque effectum denotet, sed magna tamen verisimilitudine ad ipsum <sup>Aoyor</sup> refertur, quod hac significatione posita, quae usui loquendi non est contraria, facilius deinde explicari potest, cur angelus ex hac obumbratione potentiae summi ita concludat, *ideo sanctum illud genitum filius Dei vocabitur*; quod ex sola miraculosa productione naturae Iesu humanae non sequeretur. Haec, inquam, sufficiant in praesenti de origine naturae Christi humanae. Consulto enim iam abstinemus *tum* miraculum illud conceptionis *Iesu* in vtero virginis contra insultus & antiquorum & recentiorum aduersariorum atque irrisorum defendere, *tum* varias quaestiones in hac materia motas & a theologis disputatas explicare, e. g. num initia & semina corporis *Christi* humani iam in lumbis maiorum, imo *Adami*, praeeexistenterint; num anima *Christi* vel in obscurarum, vel in clararum idearum statu, praeeexistenterit, atque aut in initio mundi, aut ante mundum creata sit; num haec anima *Christi* praeeexistens iam ante quam crassiori illo corpore ex *Maria* assumto se induerit, cœlesti aliquod corpus habuerit; num massa illa, ex qua formauerit *Spiritus s. infantem*

d 2

*Iesum,*

30



*Jesum, praeservata fuerit, ne veneno peccati inficeretur, an ab isto veneno repurgata, an neutro horum opus fuerit; & alias eiusmodi quaestiones, quas ad exercendum ingenium latine disputare theologis licet.*

### §. 8.

*Ex hac origine humanae Christi naturae statim quaedam illius qualitates intelligi possunt; quaedam aliae autem tum demum explicandae probandaque sunt, quum de vnione illius cum natura diuina, ex qua fluunt, dixerimus.*

1. *Ac prima quidem est sanctitas & ab omni peccato congenito immunitas. Haec enim non modo inde ratiocinando colligi potest, quoniam natura Jesu humana per miraculum a Deo constituta est, sed etiam diserte huic filio Mariae tribuitur Luc. 1, 35. imo illius necessitas, qua abesse a Jesu summo generis humani sacerdote non potuerit, a Paulo asseritur Hebr. 7, 26.*

2. *Ex hac sanctitate naturae Jesu humanae sequitur, vt illa nec per se morti tanquam pœnae debitae, adeoque nec morbis, qui internam corruptionem supponunt, obnoxia fuerit; mortem igitur non sui, sed aliorum causa subierit.*

*De forma corporis Jesu externa, quam. alii admund pulcram & formosam, alii deformem, alii mediocrem fecerunt, dicere non est necesse.*

### §. 9.

*Jam ex promisso supra dato & quoniam res ipsa, quam tractamus, ita postularet, dicendum esset, tum de*

de vnione naturarum, quae in Christo sunt, *tum* quid ex hac vnione in naturam Christi humanam redundet; *tum* de initio huius vnionis, seu de vnitione, qua incarnatione <sup>1078</sup> absoluitur. Sed, quoniam haec grauissima sunt religionis christiana momenta, necessaria autem huius scriptoris breuitas nunc non permittit, ut ista capita ita explicemus, quemadmodum nostro consilio, quod hac commentatione sequimur, consentaneum sit; reseruabimus illa futurae huius scripti continuacioni. Ut autem haec, quam instituimus, meditatio quodammodo saltem suum exitum habeat: breuissimis sententiis complectemur, quae de ipsis momentis in posterum vberius sunt persequenda. 1) Quoniam unus modo est Christus 1Cor. 8, 6. 1Tim. 2, 5. huic autem vni eidemque personae *tum* vera & essentialis diuinitas, *tum* vera & integra humanitas tribuitur; fieri autem omnino non potest, ut diuina natura in humana aut haec in illam conuertatur aut ex harum naturarum mixtione tertium aliquod oriatur: profecto Christus habeat duas naturas necesse est, diuinam & humanam, & haec sunt in una persona, vnitae ad unam personam constituendam, atque intercedit illas *vno*, quae recte dicitur *personalis*. 2) Ex variis Scripturarum S. enuntiationibus, quae dudum a theologis obseruatae sunt, quas autem iam recensere longum foret, intelligitur, hanc vniuem personalem esse eiusmodi, ut tam communionem naturarum, quam communicationem idiomatum reciprocam contineat & secum ferat. 3) Ex iisdem sententiis, quae communicationem

d 3

idio-



idiomatum enunciant, apparet humanam *Christi* naturam non sola appropriatione eiusmodi, quae nullam  $\beta\epsilon\lambda\tau\omega\sigma\eta$  secum ferat, diuinorum proprietatum esse participem, sed ad tantum fastigium & maiestatem euectam esse, licet non sit in deitatem conuersa, vt tamen & cultu diuino persequenda sit, & attributis diuinae naturae, vt suis, vti fruique possit pro lubitu.

4) Haec vnio personalis naturarum diuinae humanaeque in *Christo* non demum postea quam aliquamdiu humana natura *Iesu* pro se vt persona substiterit, initium cepit, sed, quoniam Gal. 4, 4. diserte filius dei dicitur natus ex femina, sequitur etiam, illud dictum  $\Lambda\circ\gamma\circ\sigma\tau\alpha\zeta$  εγενέτο ita explicandum esse, vt simul ac caro hominis *Iesu* in *Maria* a *Spiritu* s. formata fuerit, confessim etiam *Logos* caro sit factus; quare cum priscis illis ecclesiae patribus recte dicatur  $\alpha\mu\alpha\tau\alpha\zeta$ ,  $\alpha\mu\alpha\lambda\circ\gamma\circ\sigma\tau\alpha\zeta$ . Itaque *incarnatio*, id est, vnitio diuinae naturae cum humana cum huius conceptione in vtero *Mariae* simul facta; & quum *Maria* pareret suum filium *Jesum*, Θεαρθεων perperit, fuitque illa Θεοτοκος.

### §. 10.

Supereft, vt Vos, Carissimi Ciues, tribus verbis compellemus, & per Deum Christumque, per omnia, quae Vobis sunt carissima, per animum Vestrum immortalem, eiusque aeternam felicitatem Vos oremus atque obtestemur, vt hoc mysterium pietatis, de quo pauca Vobis proposita sunt, ita meditemini, vt pius erga Deum Christumque affectus Vos totos capiat. Considerate incre-

✿ ♀ ✿

incredibilem *Dei Christique* amorem, quo istud incarnationis miraculum totum in *Vestram* maximam aeternaque salutem destinatum fuit, nempe, ut *Christus* in *Vestra* carne, quam induit, *Vestri* omnium loco ac vice mortem subiret, poenas peccatorum *Vestrorum* lueret, Deum *Vobis Vosque Deo* reconciliaret, & deinde tanquam fratres *Vos* suae hereditatis gloriosae participes redderet. Ah igitur poeniteat *Vos* tantum *Vestri* amatorem peccatis offendisse; sed ne desperetis, ex ipsa huius incarnationis *Christi* contemplatione animos *Vestros* in spem veniam peccatorum impetranda erigite; verum eo impensius in posterum *Christum* amate, & omnia, quae ipsum offendant, detestamini. Gaudete, quod vtrumque fratre, qui simul *Deus* est, totius vniuersi gubernator, inde quaevis fausta sperate, & quum semel per fidem inieritis istam vunionem cum *Christo* mysterii plenam, quae Joh. 17, 23. promissa est, hoc vinculum faustissimum nunquam posthac dissolute, sed manete in *Christo* patienter expectantes & suauissimo spei sensu praecipientes ista gaudia ex futura post hanc vitam communii hereditatis gloriosissimae *Fratri* *Vestri* diuini usu fructuque exstitura neque vñquam desitura.

---

P. P.

BUETZOUII, SUB SIGILLO ACAD.  
IPSO NATI CHRISTI SOLEMNI DIE  
MDCCLXIX.

120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

DEUTSCHEN SIEGEL O VAD.

1620. ITALI. CHIESA. SCOT. M. DE.

MPCCI ZR.



Landesbibliothek  
Mecklenburg-Vorpommern  
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1833101537/phys\\_0037](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1833101537/phys_0037)










Landesbibliothek  
Mecklenburg-Vorpommern  
Günther Uecker

[https://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1833101537/phys\\_0040](https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1833101537/phys_0040)





\* \* \*

17

& quidem in hoc eminenti significare eandem essentiam diuinam habet. Atqui, si *Deus filio Mariae*, postquam xisset, suam essentiam diuinam com-  
n & *Deus & homo* esset; *filius Mariae* ex ei dicendus erit. Itaque tum demum tere cœpit, quae vere esset *filius Dei* uni-  
lia S. S. effata, quae hanc opinionem re ista nunc a nobis consideranda sunt.  
illa dicta non vrgebimus, quibus emque *Dei filius* iam ante *Abrahamum* tisse dicitur: hoc enim de natura ipsi-  
set, etiamsi vt *filius Dei* a *Patre* diuer-  
a existere cœpisset secundum expli-  
te allatam. Ergo inquirendum est,  
vt *filius*, vt a patre diuersus, iam an-  
naturae in *Maria* praeexistiterit. Vt  
nolumus iam immorari istis dictis,  
enti, quibus persona aliqua diuina a  
nuitur, cui saepe res fuerit cum ho-  
*Abrahamo*, *Israële* huiusque poste-  
rias ab ipsis *Judaëis*, qui ante & circa  
ra versantis vixerunt, agnita est;  
quibus non modo *Paulus* 1*Cor.* 10,  
oque *filium Dei*, vt a *Patre* diuersum,  
*Israëlitarum* fuisse pronunciat, sed  
*Patre* egressum se esse, in mundum  
ad *Patrem* reuersurum Joh. 16, 28.  
n ad illustrem illum locum Joh. 1,  
c I - 14.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [redacted]